



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Historia De Gvelffis Principibus. Auctore Altorfensi Sive VVeingartensi
Monacho. Ex Codice M. S. Avgvstano, Monasterij SS. Afræ & Vdalrici nunc
primùm edita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)



HISTORIA
DE
GVVELFFIS PRIN-
CIPIBVS.

Auctore.

ALTORFENSI SIVE VVEINGAR-
TENSIS MONACHO.

EX CODICE M. S. AVGVSTANO,
Monasterij SS. Afræ & Vdalrici nunc
primùm edita.

AD LECTOREM.

IN m. s. Augustano, quem beneficio Nobilissimi
Amplissimi M. Velferi habuimus, digna scilicet
historia de Gvvelffis; vbi sub finem colliguntur
breuis chronici more, anni, & quæ per illos à Gv-
velffis gesta sunt. Hanc historiam excipit chronicon
Christo nato vsq; ad annum 1197. Quis vtriusq; sit auctor, nec verum
quidem in m. s. codice expressum est. Curiose tamen legenti capi-
3. 6. 7. & 8. manifestè patet, auctorem fuisse monachum cœnobij Al-
torfensis siue Vveingarzensis ad S. Martinum. Imò in Chronico
Nostrum Monasterium; & Vveingarzense intelligit. Talia
nè sunt, ex quibus historia illius temporis lux accedat: quæ tu
mecum oblecta, dum fortè aliunde nomen huius auctoris
ex adyto alicuius bibliothecæ prodeat.

Chronicon

VVEINGARTENSIS MONACHI

de

GVVELFIS PRINCIPIBVS

ex codice m. s. Augustano.

VVELFI PRINCIPES DE AL-
torff & Domini in Rauenspurg.

Generationes principum nostrorum summa diligencia inuestigantes, ac multum in diuersis chronicis, historiis, siue antiquis priuilegiis quaerendo laborantes, nullum nominatim ante Gvvelsonem Comitem, qui tempore Caroli Magni fuerat, inuenire poteramus. Necessario igitur huius seriem *f. generationis.* ab eodem incipere oportebat. Scimus tamen ex plurimis circumstantiis & ante eum alios fuisse, qui hanc domum etiam ante susceptam Christianitatis fidem magnis diuitiis & honoribus gubernauerunt, & nomen suum per diuersas prouincias, utpote per longa tempora alij aliis succedentes magna industria dilatauerunt. Nam ut in antiquissima quadam historia reperimus, isti a Francis illis originem traxerunt, qui quondam a Troia egressi sub Francione & Thurco Regibus super ripas Danubij iuxta Thraciam confederunt, & ciuitatem Sicambriam nominatam ibi aedificauerunt, manseruntque ibi usque ad tempora Valentiniani Imperatoris, a quo inde expulsi, eo quod tributa Romanis iuxta morem ceterarum gentium soluere recusabant.

Z

Egres-

VV
 SII
 IIII
 SIV
 24

Egressi inde sub Marchomiro, Sunnone & Genesaco
 Ducibus venerunt & habitauerunt circa ripam Rheni
 confinio Francia orientali Germaniæ & Galliæ. Illis ergo
 illa occupantibus, isti ob multitudinē eorum nimiam ab
 recesserūt, & terras has pænē inhabitabiles, & adhuc, ut
 nitur, nemorosas cum multis sibi adhærentibus habitare
 perūt. Quòd si cui minùs credibile videatur, legat hinc
 gentiliū, & inueniet omnes ferè terras violenter ab
 captas & possessas. Hoc Troiani, priusquam expulsi
 sedibus fuerant, facere solebant. Hoc Gothi & Alani,
 Hunni & Vandali, hoc est, Longobardi & cæteræ
 nū gentes, sed maximè Septentrionales. Igitur potius
 & habitatione cuncta, confortati nostri vires suas ultra
 tendere, & in diuersis prouincijs prædia & dignitates
 accumulare cœperunt. Vnde & in tantum ditati sunt
 tibus & honoribus Regibus præstantiores, ipsi quoque
 no Imperatori homagium facere recusabant, & vni
 proprijs confisi omnes terminos suos per se magna
 stria & fortitudine defendebant. Domum quoque suam
 gio more ordinabant, ut ita quæque officia in eis, id est,
 nisteria Dapiferi, Pincernæ, Marschalci, Camerarij, Sig
 ferri per Comites, vel eis æquipollentes regerentur. Præ
 cerant etiam familiæ suæ iam maiori, minori vnum de
 ioribus curiæ, quem nominabant Aduocatum, qui vice
 pro omnibus suis staret coram Regibus seu Ducibus, ve
 hjs iudicibus, & in quacunque causa vel querimonia
 responderet. Habebant & aliud quoddam Insigne
 sub priuilegio, ut proscriptos quosque, si ad se confugerent
 recipere; & vsque ad excusationem vel condignam san
 ctionem, sine sanguinis tamē effusione, conseruarent. Quæ
 omnia ad honorē videlicet Curie pertinentia à success
 bus etiam adhuc immutata consistunt. Ecclesias Regum
 scilicet Constantiensem, Augustensem, Frisingensem,

*f. eam maiori
 quam minori.*

Wienſem, Campidonenſem, Vtinburenſem magnis prædijs & multa familia ditauerunt. Quasdam verò ex integro à primo fundamento, quæ adhuc ad ſucceſſores ſpectant, honorificè conſtruxerunt.

DE NOMINE VVELFE SEQUITVR.

I. Is itaq; prælibatis de exordio nominis, quod VVelfſ ſonat, quod pleriq; inde quæſere ſolent, ſicut audiuiſmus, in medium proferamus. Dicitur, quòd quidam ex antiquiſſimis iſtis filiam cuiuſdam ſenatoris Romani, qui Kathalina nominabatur, in vxorem duxerit, ac filium ex ea progenitum Kathalinam nominauit: quod quia theutonifatum, Gvelfſ ſonat, placuit omnibus, vt lingua naturali ſatisfacerent, & Romano nomine reſutato, Gvelfum eum theutonice nominarent. Alij dicunt, quod dum vnus ex iſtis apud Imperatorem moraretur, vxor eius filium peperiffet. Mittens ergo ad virum ſuum, quod factum fuit, nunciauit, ipſuq; ad ſe reuocauit. Ille læto nuncio gauſus Imperatori reuerſionem inſinuat, cauſam tamè reuerſionis non indicat. Imperator verò rem percipiens ridiculoſè eum taliter affatur: Pro Gvelfo, qui vobis nat⁹ eſt, repatriare feſtinatis? At ille, Nomen, inquit, quòd iam infantulo dediſtis, poſtea plenius dare debetis; niſi enim Deus aliter ordinare voluerit, eum ſub hoc nomine de lauacro ſancto ſuſcepturus eſtis. Quòd ita factum eſt. Alii vtrumq; verū eſſe coniciunt. Dicit, n. primò quidè, vt modò audiſtis, inuētū eſſe, ſed deinde multo tēpore reſutato, & quaſi in obliuionē traditū, de nouo ſic p Imperatorem renouatū, & ſic nomē q; in principio fuit abominabile omnib; poſtremò factū eſt in hac proſapia quaſi naturale & acceptabile. Sed iã ad propoſitū redeam⁹.

DE PRIMO VVELFONE.

2. GIVR VVelfo gennit filium Erichonem nomine, filiam *leg. Etichenem* Iudith; Quam Iudith Ludevvicus Imperator, cognomento Pius, Caroli Magni filius, defuncta vxore ſua Iroſihgardi,

Z 2

gardi,

gardi, ex qua tres filios Lotharium, Pipinum, & Ludovicum
cum progeniuit, duxit vxorem; quæ genuit Carolum Caroli
uum, qui in diuisione Imperij regnum Francorum obtinuit,
nuit, & XLV. annis strenuiffimè rexit, fratribus suis Lothario
& Ludovico in Italia & Alamannia regnantibus, post
mo Pipino defuncto.

3. DE ETHICONE, QVI FVN-

dauit Birgoia.

ETICHO huius Iuditæ frater patri defuncto pius heres
successit, qui genuit filium, HEINRICVM nomine
Hic itaque Heinricus cum ad militares annos peruenisset
& suæ voluntatis compos fieret, ignorante patre ad Imperato-
ratorem se contulit. Cumque illi summa familiaritate
ciaretur, & totius Imperij vires, terminos eius circumspice-
do & pertranscundo cognosceret, tandem consilio Patris
cipum, & maxime ipsius Imperatoris instinctu, homagium
ei & subiectionem fecit, & in beneficio quatuor milia man-
suum in superioribus partibus Bauariæ ab eo susceptum
Quod cum pater eius percepisset, iratus, nobilitatem suam
& libertatem nimis esse declinatam, ultra quam credidisset
sit consternatus animo dolorem suum omnibus suis circum
exposuit. Et assumptis XII. ex illis, infra montana ad
lam, quæ dicitur AMBERGO (regalibus ædificiis & possessionibus
nibus ditissimis relictis) secessit, & ibi non amodo vixit
filium suum consenuit. Cœpit & ibidem collectis maneribus
chis cellam construere. In qua etiam postmodum cum
suis humatus requiescit. Heinricus autem volens omnibus
modis dolorem patris mitigare, prouinciam eius fugit, tamen
solatium necessitudinis ei subtraxit: omnia enim
sua illi confinia ex integro ad ministrandum ei subiecit.

inde comperta Patris morte Henricus considerans locum, ubi cella incepta fuerat, incommodum & difficile claustralibus, ad villam quæ dicitur ALTENMVNSTER, ubi sanctus ALTO Confessor requiescit, supradictos Monachos cum omnibus suis transuexit, & Abbatiam ibi satis religiosam & diuitem perfecit. Postea & in ALTORFENSI villa Abbatiam cum Sanctimonialibus in loco, ubi nunc Parochialis Ecclesia est, construxit. Idem verò Henricus uxorem duxit de Hohuvarte in Bauaria, Beatam nomine, ex qua tres filios genuit, sanctum Conradum Constantiensem Episcopum, Etiochonem, & Rudolfum. Sanctus igitur Conradus in Episcopatum promotus, patrimonium, quod à patre possederat Altdorf, & VVolptesvvende, Berge, Fronhouen, cum suis attinentiis, & omnia ultra fluuium nostrum Stutzina sita, sicut ad nos hodie pertinent, fratri suo Rudolfo per concambium donauit, & ipse ab eo remotiora recepit, id est Eüfilingen, Andiliungen, cum omnibus appendiciis suis & in Alsatia Colmir, & infra Retiam Curientem * amidis fluminis Lugenetz. Quæ omnia Ecclesie suæ Constantiensi, partim fratribus maioris Ecclesie ad meliorationem præbendæ, partim fratribus illis, quos canonicè in Ecclesia sancti Mauritij ordinauerat, contradidit.

Eticho frater eius sine legitimi matrimonij copulatione de hac vita discessit, & Constantiæ iuxta supradictam Ecclesiam sepultus est. Genuit tamen ex quadam de ministralibus suis filiam, quam frater eius Rudolphus libertate donatam pro amore fratris cuidam nobili de Retia Curienti cum largis prædiis copulauit. Ex qua illi de Herili Sella, de Vstera, de Raprechcesvillare & eorum cognatio descenderunt.

¶

Z 3

DE

MCCLXXX
SII
umg umg
SIV
24

DE RVDOLFFO FRATRE SANCTI

Conradi.

4.

RVDOLFFVS frater superiorum accepit vxorem de
 ninge Itam nomine, cuius pater Couno nobilissimus
 Comes. Mater verò eius filia Ottonis Magni Imperatoris
 Richluit nomine. Hic itaq; Cõno quatuor filios pro genuit
 Eggebertum, Leopaldum, Luitoldũ, Cõnonem: quorum
 primus, Eggebertus scilicet, Marehiam illã, quæ est in
 bus Saxoniz versus Danos, Stadin nominatã obtinuit, &
 filios ac filias per diuersas regiones disseminatas genuit. Hic
 buit quoq; idem Couno quatuor filias; quarum vna Rudol-
 fo isti, alia cuidam de Rinueldin parenti * Haringiorum
 tertia Regi Rugiorũ, quarta comiti de * Dyehou nupsit. Rudol-
 dolfus præfatus ex sua Ita duos filios Heinricum & VVelfo-
 nem & filiã Rihgardam nomine progenuit. Hic est Henricus
 eus, qui sub annis adolescentiæ in venusta valle iuxta
 Lounon in venatione saxo percussus interiit. Rihgarda
 vnus de maioribus Baioariæ Comitibus vxorẽ accepit. Sed
 quia ex ea hæredem non habuit, tres Abbacias ex suis pro-
 diis magnificè, vt adhuc cernitur, fundauit. Quæ sunt E-
 bersperg, Goubac, Gifinueld. Et insuper Guelfoni fratris
 xoris suæ villas Vringen, & Selinbach cum omnibus appen-
 ditiis suis donauit, ipsaque Richardis Eberspergæ sepulta
 est. Deniq; Rudolphus postquam debitum naturæ persolu-
 uit, in Altorfensi cœnobio iuxta patrem & matrem huma-
 tus.

*f. Zaring.

*f. Dachau.

DE VVELFONE VERO FILIO

Rudolfi.

5.

GVVELFO suprã nominatus Rudolphi huius filius vxorẽ
 duxit de gente Salica, de Castro Glihberg Iuithan no-
 mine, sororem Heinrici Ducis Noricorum, & Friderici
 Ducis

Ducis Lotharingorum, & Adilberonis Episcopi Metensis, postquā *haberemus Regalem villam Mörigen, & in Longobardia Clismam cortem nobilissimam, cuius sunt x i. milia mansuum vno vallo comprehensi.

Ira lego. in m. / est. heremus.

QUALITER AVGVSTENSEM
ciuitatem ceperit.

ISTE est Gvelf, qui aliquando auxiliante sibi Ernesto Duce Sueviæ Imperatori Conrado Salico rebellabat, & cū Brounone Augustensi Episcopo maximas prædas & incendia faciens, nec non & castella, & munitiones eius diripiens, tandemque ipsam ciuitatem capiens diu dimicabat. Cui Frisingensis Episcopus auxilium ferens eadem ab eo perpeffus est. Hic etiam Abbatiam Altorfensem, transferendo huc monachos de Altenmünster & sanctimoniales nostras illuc ponendo permutauit. In qua Abbatia & ipse postmodū defunctus requiescit. Vxor verò eius adhuc diu superstes in Altenmünster sepulta est. Hic cū ad senectutem peruenisset, & malorum, quæ Ecclesijs Augustensi, & Frisingensi intulerat, sæpius sæpiusque reuoluens animo, recordaretur, ad emendationem cum magna cordis contritione anhelans, examinationem sibi per iudicium aquæ frigide elegit, in qua nõ aliud preciū sibi sufficere estimans, villas super villas cum omni iure suo in ipso examine accumulans composuit, & sic recompensando illatum damnum ad perfectam purgationem peruenit. Quas villas, iuxta modū & qualitatem damni, vtriq; Ecclesiæ sine dilatione in perpetuā possessionem donauit. Hic genuit filiam Chunihā nomine, quā *Alho ditissimus Marchio Estensis Italiæ, cū curte *Elisma dotatam in vxorē duxit, & ex ea Gvelfum totius terræ nostræ futurum hæredem & dominum progeniuit.

De

*f. Azzo, de quo
postea.
f. Clisma.*

MCCLXV
SII
um, um,
SIV
24

De quo suo in loco dicendum est. Genuit & filium suum
 minis Gvvelsum, virum per omnia probatum, qui Duce-
 tum Carinthiorum & Marchiam Veronensem acquirit
 & strenuissimè rexit. Dicitur de eo, quòd cùm in proci-
 effet, & Imperatorem Heinricum tertium, per triduum
 tra statutum tempus, in loco qui dicitur Rungalle, ubi
 exercitus convenire solet, quòd & se venturum iuramen-
 constrinxerat, præstolaretur, & nec nuncium quidem
 causam moræ illius exponeret, haberet, erecto signo
 uocatis Dominis reuersionis iter arripuit. Cui tandem
 perator occurrens nec muneribus nec promissionibus,
 saltem minis ab incepta repatriatione remouere potuit.

7.

QUALITER IMPERATORI
 restitit.

Qvodam etiam tempore cùm Imperator Veronensis
 cuius exactionem inferens, mille marchas ab eis
 torisset, ipse ex improviso superueniens, tanta eum su-
 feueritate & contumelia afflixit, vt vix Imperator, pecunia
 ex integro reddita, securitatem exeundi obtineret. Idem
 etiam Gvvelfo monasterium in mōte * antiquum in hono-
 re sancti Martini fundauit, nomen VVingartin imposuit,
 quod de villa translatis monachis, & ossib. patris sui Gvvel-
 & patruus Heinrici, & qui Rudolphi Ecclesiam priorem
 rochiam esse constituit.

Hic denique Gvvelf sub iuuenili ætate, cùm esset in
 stro Botamo, morbo correptus est, vidensq; sibi imminere
 mortem omne patrimonium suum cum ministerialibus
 quia heredem ex se non habuit, ad cœnobium Altorfense
 se sancto Martino in perpetuam possessionem donauit,
 hoc perficiendum duobus de Maioribus suis, qui tunc
 cum

cum aderant, fidelissimè commisit. Ipse vero diem claudens extremum, illo deportatus est, & cum maximo planctu suorum & totius viciniratis sepultus. Mox expleta sepultura, quibus iniunctum fuerat donationem perficere volentes prohibiti sunt. Mater enim ipsius sciens se hæredem habere ex filia, missis in Italiam legatis, iussit eum adduci, & veniens penitus donationem interdixit; & se certum & verum esse hæredem proclamauit.

DE WELFONE IV. QVI PRIMVS
fuit Dux Bavarie.

8.

Hic est ille Gvelf, qui primus ex nostris Ducatum Bavariorum adeptus magnifica multa in eo sicut & in aliis regni partibus peregit. Erat enim vir armis strenuus, consilio prouidus, sapientia tam forensi quam ciuili præditus. Vnde & omnes tempestates bellorum contra se & contra alios inuicem in finibus suis exortas, magna vel moderatione vel seueritate compefcuit. Imperatori, antequam machinationes in mortem suam patrasset, & antequam Ecclesiam Dei manifestè impugnasset, fidelissimè adhærebat; eique cum contra Saxones dimicaret, in tribus funestissimis congressionibus strenuissimè militabat. At vbi multa inhonesta de eo in medium proferebantur; & quod maius est, Dominum Apostolicum Gregorium septimum, Gvriperto Rauennensi Archiepiscopo intruso, de sede sua expulit, ipse cum aliis Catholicis Principibus ab eo declinauit, & amodo eum multis modis inquietauit. Vnde & cum Sigefrido Augustensi Episcopo, qui parti, imò inhumanitati eius fauebat, diu & acerrimè dimicauit; quem tandem cum multis in ciuitate sua comprehensum in vincula iecit, & in castro Rauenspurch catenatum multo tempore

Aa

pore

WELFONE
SII
omg omg
SIV
24

pore conseruauit. Ciuitatem quoque eandem præd
 incendio deuastauit. Accepit autem Reginam Ang
 tunc viduam, filiam scilicet Baldubini nobilissimi Com
 Flandriæ Iuditam in vxorem. Ex qua duos filios Gwel
 nem scilicet & Henricum, quorum vterque Duc
 Bauriæ, alter post alterum possederat, progenuit. H
 est ille, qui primus ex nostris, eo quod fautoribus suis
 tot commotionibus bellorum, prædia sua distribuend
 ternos redditus comminuit, manus suas Episcopis & Ab
 tibus præbuit, & beneficia non modica ab eis recepit.
 mnes possessiones Luitoldi Comitis, quas in partibus
 habuit, præter illas quas in Zvyvalten sanctæ Mariæ
 tradidit, cum duobus castris Achalin & VVuluelingen
 donante possedit. Patrimonium quoque Comitis On
 nis de Buchorn, eo viuente & bona voluntate tradente
 cepit & obtinuit. Deniq; cum ad senilem ætatem venisset
 & Raitenbuchensem Ecclesiã construere cœpisset, & la
 copiosè dotasset, Altorfense quoq; monasterium præ
 decimis & mancipiis, nec non Ecclesiasticis ornamentis
 undantissimè ditauit, alias etiam Ecclesias ad se pertine
 aliquo modo meliorasset, volēs de excessibus suis diffi
 rem satisfactionem exhibere, Ierosolymitanū iter arripit.
 Quod & in maximis persecutionib. & periculis Vngari
 & Græciam transiens perfoluit. Sepulchrum enim Dom
 & alia loca sancta omnibus suis pænè amissis visitaui.
 inde ad reuersionem se parans Cyprum adiit, vbi de huc
 ta decedens, sepultus est. Ossa tamen eius postea inde sub
 ta, ad Altorfense monasterium trāsata & reposita sunt.
 cij autem peregrinationis & laborum eius, vel interfecti
 vel viui Sarracenis, machināte perfidissimo Alexio Imper
 tore Græco, traditi sunt. Inter quos Themo Saltzburge
 sis Episcopus comprehensus & Regi Mempheorum per
 lecto

ferentatus ad Idololatriam angariatur. Ille fanum ingressus, animi & corporis viribus robustissimus, Idola, quæ adorare debuit, non Deos sed opera manuum ostendens in frustra comminuit. Ob hoc productus exquisitisque suppliciis affectus Martyrio coronatus est. Itam comitissam matrem Leopaldi Marchionis orientalis, quæ similiter in eodem comitatu fuit, vnus de Principibus Sarracenorum rapuit, & impurissimo sibi matrimonio copulauit, ex eaq; sanguinem illum sceleratissimum Vramut progeniuit.

ser. Maximus

DE VVELFONE, QUI MEHTILDAM
duxit & in Choufringin obiit.

9.

IGitur post mortem patris Gvvelfo maior natu paternum Ducatum recepit. Vir moderatissimus, qui magis liberalitate & facilitate quàm crudelitate omnia sibi resistentia subiecit. Domum suam ordinatissime disposuit. Vnde & nobilissimi quique & vtriusque prouinciæ filios suos eius magisterio educandos certatim commendauerunt. In Italia tamen cum his, qui patrimonium suum iniuste vsurpauerant, & suos pessimis circumuentionibus molestaerant, sæpissime durissimos conflictus habuit. Romæ cum Imperatore Heinrico quinto fuit, cum Papam Paschalem captiuauit, immunis tamen scelere ab hoc. Nam cum omnimodis ab eo declinare non posset, mediatorum se ad compositionem faciendam interposuit, sicque factum est, vt Imperator tandem eius consilio ad condignam satisfactionem humiliaretur, & Papa eum pro bono pacis clementer ac paternè susciperet & consecraret.

Accepit autem Mahtildam nobilissimi ac dirissimi Italici Marchionis Bonifacij filiam in vxorem, sceminam

Aa 2.

vir-

WELFONE
SII
umg. m. g.
SIV
24

virilis animi, quæ ad instar fortissimi principis totam
ram illam suo dominio subiugavit, quam tamen postea
scio quo interueniente diuortio repudiavit. Denique
mnibus suis benè cõpositis, morbo correptus in villa C
fringen diem clausit extremum, & in Altorf deponit
iuxta patrem & matrem sepultus est.

10.

DE HEINRICO DVCE QVI FA-
Aus est monachus.

HEINRICVS frater eius Ducatum & omnia que
erant obtinuit, & potentes ditioni suæ subiugavit.
Vxorem iam dudum viuentem patre de Saxonia accepit
am Magmonis Ducis, & Sophiæ sororis suæ Regis V
riæ Colomanni VVulfildem nomine. Erat tandem ead
Sophia antea cuidã de Carinthia copulata, ex qua ge
Poponem Marchionem, qui duas filias, vnam Bertha
Comiti de Bogen copulavit. Porro soror huius Sophiæ
gi Græcorum nupsit. Aliam sororem eius Berchtano
dam Comes ex claustro quodam sanctimonialium abbat
ctam duxit, & ex ea Fridericum Ratisponensem Adve
tum genuit. Ipsa autem Sophia ex Duce Magmone
tuor filias habuit, VVulfildem nostram, Alicugam marit
Adelberti Marchionis de Saxonia, tertiã quam duxit D
Moraviæ, quartam quam Egehardus Comes de Schire
quodam monasterio sanctimonialium in Ratispona abba
lit, ac sibi matrimonio copulavit, Ottonemq; Palatinu
ex ea progeniuit. Heinricus igitur Dux ex VVulfilde
ter illos, quos infra annos sinus cœlestis patriæ suscepit
filios habuit; Cûnradum, Heinricum, Gvvelsonem. Equ
tuor filias; Iuditam, Sophiam, Mahtildem, VVulfildem
Iudita nupsit Friderico Sueuorum Duci, quæ Friderico
Imp


*Hec vox, suæ,
videtur delenda.*

*An legendum
Maginone? m.
s. habet ubique
Magmone.*

Imperatorem nostrum, & Vxorem Matthæi Ducis Lotharingiæ progeniuit. Sophiam Bertholdus Dux de Haringe, & eo mortuo Leopaldus Marchio de Stira in vxorem accepit; ex qua Odocarum primū Marchionē genuit. Mahildis primò Theapoldo filio Theapoldi Marchionis Cambiensi de Voheburck, postea eo mortuo Gebehardo de Sulzbach copulata est. Wulfildem Rudolphus Bregantinus Comes duxit. Cōradus in clericum ordinatus cum sub puerilibus aṅis domi literarum studijs informaretur, tempore maturo Colonienſi Archiepiſcopo altiori studio & disciplina clauſtrum educandus committitur. Ibi in utroque tantum profecit, ſed & alijs virtutibus vitia declinans tantum ſe exornauit, vt ab omni clero & populo amaretur, ab omnibus ſummo honore dignus iudicaretur: Ipſe vero honores, diuitias, laudem humanam fugiens quibuſdam ſe monachis ſociauit, cum quibus, omnibus ſuis ignorantibus, Clarāuallēſe monaſterium adiit ibique monachum ſe fecit. Deinde procedente tempore Ierofolymam petiit: vbi cuidam ſeruo Dei in heremo manenti adhæſit. Tandem ſentiens ſe quadam infirmitate taſtum de reuerſione cogitauit, & ingreſſus nauem Bairam ciuitatem ſancti Nicolai peruenit, ibi beato ſine diem vltimum clauſit, honorificeque ſepultus ibidem requieſcit. Circa idem tempus pater quoque eius & mater, pater monachum profellus in extremis ſuis in caſtro Rauenspurgh, mater in Altorf XVI. die poſt mortem mariti obierunt, & in monaſterio ſancti Martini ſepulti ſunt.

f. in clauſtrum.

Bairam pro Bairum, quo corpus S. Nicolai Myra translatum eſt. Martyrol. 9. Mag.



Igitur Heinricus, defuncto patre, Ducatum eius
ptus, generalem conuentum Ratisponæ omnibus
xit; Quo collecto milite adueniens, quidquid in
in ciuitate, siue extra circumquaque ad aures eius
tum est, prouida dispensatione diiudicauit. Dis
bellorum inter Principes seu Maiores terræ diu exage
compescuit; pacem firmissimam omnibus annuncians
iuramento confirmari præcepit. & sic demum accep
Burgensibus pecunia terrorem cunctis inueniens ciuitate
egreditur, & munitiones ac villas prædonum & profect
rum per totam Prouinciam deuastat. Interea missis
tis in Saxoniam ad deducendam sponsam suam, Go
dem scilicet, filiam Lotharij Imperatoris, optimates qu
que Bauariæ ac Sueuiæ ad nuptias inuitat. Quibus
in * plane iuxta Licum fluuium ultra Augustam in
qui dicitur Concio legum, in octaua Pentecostes
bratis, eandem in partes istas adduxit, & in castro Ra
spurg vsque ad autumnum stare constituit. Ipse vero
Imperatorem reuersus Ducatum Saxoniam, Nurember
Gredingen, & omnia beneficia, quæ Imperator ab Ep
pis & Abbatibus habuit, suscepit; ac rebelliosem, ad
Fridericum Ducem, sororis suæ maritum pollicetur. In
terea Fridericus Ratisponensis Ecclesiæ Aduocatus, vid
potestatem Ducis præualere, suum verò quotidianam
ciuitate minui, quorūdam consilio, quibus pax odiosa
vnum de ministerialibus Ecclesiæ, qui Duci omni fidelit
te in ciuitate & extra astabat, & ministrabat, dolo vocat
ad se, inuitatum vita priuauit.

*leg. plane.

Quibus compertis Dux Bauariam festinanter ingreditur, ac castrum Aduocati fortissimum Falschenstein obsidione cingit, omnesq; suos ad obsidionem compellit. Dum hæc in Bauaria aguntur, Imperator quoq; Spiram ciuitatem Rheni in iniuriam Friderici Ducis obsedit, missoq; nuncio, Dacem Heinricum, vt sibi quantocius in auxilium veniat, inuitat; qui omni cunctatione postposita, obsidionem & omne negocium sorori suæ Marchionissæ de Sira tunc viduæ, quæ eo tempore cum DCCC. loricis aduenerat, committens, ad Imperatorem cum DC. & eo amplius festinat militibus. Quo cum magno labore perueniens castra ultra Rhenum posuit, & vt impetus & irruptiones * f... præcaueret militem coadunatum prope selocauit. Fridericus tamen, vt pote vir armis strenuus, dum quadam nocte armato milite min^o cautè in castra irrueret, Heinricus premonitus armis & equitatura paratus, ad fugam illum cõpulsit, & ita fugientem vsq; in Gouningen insequitur, amissisq; aliquot de suis, & omnib; penè equitaturis ignominiosè euasit.

Deinde satisfactione & pacatione Spirensium cum Imperatore, Maguntio mediante, composita, Bauariam vsque regressus, castrum iam diu obsessum capit, suosq; ibi ad tutandos fines illos & ad conseruandum sibi castrum locauit. Non multo post Fridericus Dux memor pristinae iniuriæ Altorf & Rauenspurch armata manu inuasit, & villas circumquaq; nec non & Mämingen incendio deuastat, & de nostris aliquot captiuos abduxit. Quod Heinricus ferre non valens sequenti æstate copiosum exercitum congregat, finesq; Friderici ingressus, à villa Cougindorf, quæ est in ripa Danubij, incipiens, & ultra Stouphen perueniens omnia circumquaq; in transitu & in reditu, incendio & præda deuastat. Ad Vlmã vero diuertere noluit, quia eius territoria & suburbia ac villas non lōge ante dira vastatione destituit.

DE

* fort. facillius,
vel: fraudu-
lentus.

10 GENU
SII
omg amg
SIV
24

CIRCA idem tēpus Ratisponenses mortuo Episcopo
Heinricum vnum de nobilissimis fratrum scilicet
nis de VVolferatenhausen, machinante Aduocato
liis æmulis Ducis, eligunt, & in locum illius constitunt.
Quod Dux in iniuriam sui factum compensans, ad dep-
tionem eius omnimodis laborabat, & apud Imperatorem
vt Inuestituram ei negaret, & apud Apostolicum, vt
secrationem eius interdiceret, calumnians electionem
non esse canonicam, fatagebat. Ille verò inter huiusmodi
discrimina Metropolitanum suum festinanter adiit, & con-
secrationem ab eo suscipiens nuncium Apostolicum
uenit, reuersusque se & ciuitatem & omnes ad rebelliam
præparat. Dux ergo cū huiusmodi detractionibus
auellere non posset, ad aliud animum intendit. Sine
Bauariam ingreditur, ciuitatis suburbia, & oīa Ecclesiarum
ritoria incendio & vastatione peragrauit, Castrū quoque
scopi Tonstauphē ex improviso superueniēs arripuit, &
custodiendum cōmisit; Quos Burgeneses duris congrega-
sepius inquietabāt, aliquādo obsidebāt, accessum & re-
sum eis interdū per insidias impediēbant. Deficiente
aliquādo aſona, Dux ipse collecto milite victualia circū-
qua; collecta illis apportabat, & sic tota illa prouincia
tis malis subiacebat. Interea his malis & aliud nō min-
crabile in superiori Bauaria assurrexit. Quadam enim
dum Dux per fines Comitis Ottonis de VVolferaten-
sen transitum fecisset, ille in ultionem Episcopi patri-
tam subito, & inopinatē eum superuenit, vt nisi vnus de
de equo, in quo sedit, procidisset, & suū pro illius domo
substituisset, inermem vita priuasset. Vnde & ille in esp-
do-

domini fugere tentans comprehensus, & multis vulneribus affectus captiuus abducitur. Quapropter Dux collecto milite circa Purificationem sanctæ Mariæ fines illius inuadit, omnia inter montana deuastat, castrum Homeras obsidet & expugnatum incendit. Ad VVolferatenhausen uero propter sanctum Quadragesimæ tempus, quod imminabat, diuertere noluit, sed assumpto Gvelfone fratre suo, qui eo tempore milites transalpinas in partes illas militiæ gratia adduxit, ad ciuitatem vsq; reuertitur, & suos quamdiu iam in castro Tunistouphen multis malis coarctati vexabantur, inde abduxit, & castrum igne succendit. Sed quia Gvelfonis mentionem habuimus, non incongruum videtur, si aliquid de his quæ & ipse circa eadem tempora in transalpinis partibus egit, huic assertioni inferamus.

Igitur Gvelfo sub annis adolescentiæ suæ, mediante fratre suo Heinrico Duce filiam Gotefridi, ditissimi Palatini de Caluue Outam nomine accepit vxorem. Vnde & omnia quæ illius erant, tam beneficia quam patrimonialia obtinuit. Albertus igitur Comes, fratruelis eiusdem Palatini, videns omnem suam spem, quam in morte patris posuerat, frustrari, de iniusta eum diuisione calumnians hæreditatis, ac medietatem omnium ad se hæreditario iure spectare proclamans, castrum Caluue dolo subripuit, & milites in eo locauit. Deinde in breui post milites Gvelfonis in villa Gindeluingen quadam nocte ex improviso superueniens aliis ex eis captis, aliis in fugam conuersis, omnibus prænetam in armis, quam in equitaturis penitus ^{*destitutam} ^{vel destituta.} villam succendit, ac prædam ad castrum suum VVartinberg adduxit. Dux ergo collecto milite sine mora idem castrum obsedit, & machinas nihilominus adduci & præparari præcepit. Albertus uero Fridericum & Conradum Duces auxiliij gratia adiit, eisq; de allodio suo villam cum

Bb mini-

CCCLXV
SII
omg. m.
SIV
24

ministerialibus ac aliis appenditiis eius, vt Gvvelfoni
 obsidione propellerent, contradidit. Illi autem dum
 redimendum castrum collecta manu militum properant
 Gvvelf impetum eorum præueniens, castrum armata
 nu, machinis quoq; adhibitis circumquaq; impugnat,
 laboriosè captum præda sua recepta, & militib. ibidem
 pertis captiuis abductis igne castrum succendit. Eo
 quoq; tempestate Cunradus Dux de Zaringen auunc
 vxoris Stouueburgh castrum Gvvelfoni obsedit, sed
 iutorio Lotharij Imperatoris infecto negotio recessit.
 ea & aliud castrum Levvstein, præfati Comitis scilicet
 quod inexpugnabile cunctis videbatur, artificiosa cong
 sione Gvvelfo expugnat, aliquotque de suis amissis, cu
 bus vero quos ibidem repererat, captiuatis incendio de
 stat. Post procedente tempore cum etiam Caluar
 strum, quod idè Comes ei dolosè surripuerat, collecta
 ritudine obsidere voluit. Ille se in extremo discrimine
 situm, nullumquè refugium nullum solatium se ulterius
 bere compensans, ad deditiorem venit, ac se ad pedes
 cis humilians, gratiam quam non meruit, inuenit. Dum
 nim pro solita mansuetudine ac clementia illum eodem
 stro, ac aliis quibusdam villis in beneficiauit, omnibusq;
 restitutis honorificè dimisit, ac sic composita pace curia
 que terræ illius optimatibus ad se confluentibus, prout
 tota ditioni suæ subiecta quieuit. Sed iam digressione
 fa ad inceptum redeamus.

Heinricus igitur Dux finita Paschali hebdomada
 copiosum exercitum in Bauariam reduxit, vt & castra
 supra nominatum stricta obsidione clauderet, & se ab
 petu illorum, qui sibi contumaciter comminabatur de
 deret. Episcopus enim per totam cognatos & amicos
 conueniens, hoc agebat, vt Ducem de finibus illis, si

phuseos hostiliter inuaderet, ignominiosè fugarent. Morante igitur in obsidione Duce Episcopus cum Marchione Orientali Leopaldo, seu aliis Comitibus ac totius Bauariæ fortissimis, excepto Palatino, coadunato milite appropinquat, & castro in plano prope Isaram fluuium ponit. Interea Otto Palatinus vir sapientia præditus, cui ad vtramque partem accessus patuit, vtriusque exercitus apparatus cõtemplatur, illisque nostrum copiosiorè esse denuncians, terrorem incutit; cogitansque quomodo ad bonum pacis perducatur Fridericum Aduocatum cognatũ suum promissionibus ac minis circumueniens ad deditiõnem hortatur. Ille utpote omnibus suis destitutus, consiliis Palatini adqueuit; & assumpto eo in castra Ducis veniens, & ad pedes eius se humilians, gratiam eius recepit. Quo perpetrato Ottonem quoque generum suum ad deditiõnem & satisfactiõnem, exponens ei miserias suorum, compellit. Qui similiter eius & aliorum suorum consilio cõsentiens, ad deditiõnem venire non distulit, ac seipsum cum castro in manus Ducis sub omni humilitate contradidit.

Dux verò prout rigor iustitiæ exigit, illum patriam & omnes terminos Bauariæ quoadusque per eum aduocatur, abiurare coëgit, & sic eum captiuum suis commisit, & ad Raenspurch secũ adduci præcepit. Castrum quoque cum omnibus quæ aufertí poterant præter ædificia abstractis, igne succendit. Abducitur ergo vxor illius, quæ & ipsa in castro obsessa fuerat, quam Dux benignè suscipiens & bene consolans, Patri suo Palatino commisit: sicque omnis contumacia Bauariorum, diuina ordinatione, suppressa est. Non multo post compositio quoque inter ipsum & Episcopum fit, & comitatus ille, quem Ecclesia Ratisponensis circa fluuium habet, ab Episcopo ei in beneficio conceditur.

Bb2.

Circa

MCCLX
SII
m, m,
SIV
24

Circa hæc tempora Imperator in generali Curia
 binberch habita Cunradum & Fridericum Duces in
 uentu Bernardi * Clareuanensis Abbatis in gratiam re-
 pit, ac ita renouata pace expeditionem in Italiam * Ju-
 do indixit. Quam expeditionem Henricus Dux per-
 sturus, Ottonem sæpe dictum Comitem, & alios de Ba-
 ria, quibus initio infestus erat, in gratiam recepit; & stipen-
 dia condigna offerens, ad expeditionem illexit. Simul
 & alios ex vtraq; Prouincia, ita vt per vallem Tridentinam
 mille quingentos milites in Italiam duceret. Cum Im-
 ratore ergo in citeriore Italia Gardam & Garistallum ce-
 pit, quæ in beneficio ab eo suscepit. Ibi Mediolanenses
 Cremonenses diuturnum inter se bellum habentes con-
 Imperatore causam * Werræ exponunt. Cremonenses
 go à Principibus Italiæ hostes iudicantur, proseriptique
 scedunt. quos ipse subsequutus territoria eorum ac villas
 castella destruxit. Indeq; Papiam veniens ciues illor-
 ctione pecuniæ in gratiam suscepit. Ibi & Otto Comes
 VVolferatenhausen vita priuatus occubuit. Bononienses
 ses quoque & Emilienses supplices Duce interueniente
 cepit. Post vsque ad Thaurinum progrediens, totam ce-
 rioriam Italiam sine ferro subegit. Inde ad Penninum tra-
 ens Imperator Anthonam, Spoletum, cum aliis vrbibus
 castellis vltioris Italiæ in deditionem accepit. Deinde
 contra Rogerium aciem dirigens Campaniam & Apuliam
 peragrauit. Porro Henricus noster per Tusciam ex-
 tū duxit, quam (id est Tusciam) etiã ab Imperatore bene-
 cio obtinuit: Romamq; veniens Summo Pontifici Inno-
 centio vsque ad Imperatorem conductum præbuit. Sa-
 urbia Albæ ciuitatis sibi resistere nitentis expugnauit
 destruxit. Beneuentum cepit, ac Papæ restituit. Im-
 ratori non longè ab Arra cum Summo Pontifice obit

* leg. Clareual-
 lensis.
 * ita lego. m. f.
 haber. S. do.

* Guerra.

venit, ibiq; castrum quoddam, vbi praesidia Rogerij fuerant, artificiosè valde expugnauit, militesq; in eo repertos & praecipuè Sarracenos patibulo suspendit. Post eiecto de Campania & Apulia Rogerio, Reginaldo vero viro forti ac nobili Ducatu Apuliae commisso de reditu disponunt.

DE REDITU IMPERATORIS ET

eius morte Lotharij.

13.

igitur de Italia per Tridentinam vallem redientes, Imperator morbo correptus in sylua, quae est inter Oenum & Licum, sub vilissima casa, XIII. regni sui anno diem obiit. ac inde per Augustam & Orientalem Franciam in Saxoniam portatus in Monasterio Luther honorificè sepelitur. Dux ergo Henricus gener eius in quibus finibus obierat, Regalia referuauit, vt generali conuentu Principum, qui in proximo Pentecostes Mogunciae conditus fuerat, praesentaret. Quidam autem ex Principibus timentes ne forte in generali Curia Henricus Dux, qui tunc praecipui & nominis & dignitatis in regno fuit, per potentiam praualeret, circa mediam Quadragesimam consilio habito in oppido Rheni Confluentia conuentum celebrant, ibique Conradum fratrem Friderici, de quo supra diximus, praesente Theodovvico Episcopo Cardinali, Regem creant. Et Saxones & Dux Henricus alijq; qui electioni non interfuerant, Regem non legitimè, sed per surreptionem electum calumniabantur. Quibus omnibus in proximo Pentecostes generalis Curia Babinberch indicitur. Quo Saxones omnes simul cum viduata Imperatrice Richinza venientes, vltro se Conrado Regi subdidere. Henricus Dux Regalia seruans aberat, ad quae reddenda in festo Apostolorum Petri & Pauli dies ei Ratisponae, in breui post Augu-

Bb 3 sta

REGANU
SII
um, im,
SIV
24

sta describitur: Quo ex condito, assumptis fidelibus
 & milite non modico, venit; ac super Licum ex opposi-
 tuitatis, Rege ciuitatem tenente, castra posuit. Inter
 eij autem ac mediatores ad hanc causam prænominati
 triduum huc ac illuc sæpius transmeantes nihil profecerunt.
 Rex enim non aliter compositionem fieri voluit, nisi
 quædam de his quæ à Lothario Imperatore susceperat,
 possederat, resignaret. Quod cum Dux renuisset, ac se-
 tius dubiæ sorti supponi elegisset, colloquium infecto
 negotio dissolutum est. Rex ergo metuens aliquid
 machinari, dum peractacæna cubitum se ire simularet,
 ductis clam equitaturis cum paucis nulli de Principibus
 ledicens exiit, ac militem suum reliquum in magno
 scrimine relinquens, Herbipolim peruenit. Ibi iudicio
 rundam Principum Dux proferibitur, Ducatusq; ei abin-
 catur. Dux ergo in subsequenti die post egressum Regis
 Augusta, suis prout poterat probe dispositis, non multis
 mitatus in Saxoniam properat. Et Rex Ducatum Saxoniae
 Alberto Marchioni consobrino eiusdem Ducis, Norici
 vero post in Bauariam veniens Leopaldo filio Leopoldi
 Marchionis fratri suo ex parte matris tradidit. Heinricus
 ergo Dux Saxoniam ingressus, cum casum & miseriam
 fidelibus & amicis suis exponeret, ad rebellandum eos
 peratori & Alberto excitauit. Inde in breui eundem Alber-
 tum, auxilio eorum, nec non & suorū qui de Bauaria & Sa-
 uia eum insecuti sub specie peregrinationis, terram intra-
 uerant, adeo humiliavit, vt castris eius dirutis, terris
 cum quaq; vastatis ad Regem auxiliij gratia ire compelleret.
 Interea Leopaldus Marchio suscepto à Rege Norici
 Ducatu, omnibus pæne Baronibus ad Ducatum pertinen-
 tibus amore seu terrore ad se confluentibus, primo Ra-
 ponam ditioni suæ subdit, post collecto milite superiorum
 partes Bauariæ vsq; ad Licum pertransiens, amissis ali-
 de

de suis festinanter reuertitur. Non multo post Henricus Dux dum in Saxonia omnibus suis ritè dispositis, in Bauariam redire disposuisset, morbo correptus diem extremum clausit, ac sic in Monasterio Luther iuxta focerū humatur. Quo mortuo Saxones amore filij sui paruuli, quem eis adhuc viuens commendauerat, Regi denuo rebellant. Leopaldus vero Ducatum Noricum ex hinc se potenter habere confidens, dum in obsidione castri Valeia duorum fratrum qui in parte Ducis Henrici steterant, incautè moraretur, Gvelfo Ducis eiusdem frater collecto milite superueniens fortissime dimicando, cæsis ex vtraq; parte pluribus, multis captis, Leopaldum ignominiose fugere coëgit. Ipse vero Gvelfo priuatum Ducatum iure hæreditatis ad se spectare perclamans, dum Iustitiã apud Regem impetrare non posset, ad rebellionem se parat. Ob hoc Rex circa idè tempus castrum ei⁹ Vimsperch obsedit. Què Gvelfe collecto milite in proxima hebdomada Natiuitatis Domini, dum incaute pugna aggredi têtat, amissis aliquot, multis captis, cū paucis fugit è prælio. Non multo post Leopaldus moritur, eiq; in Marchiã frater suus Henricus de Austria successit. Cui Rex Saxoniam ingressus, pacemq; cum Saxonib. faciens, viduam Henrici Ducis in vxorè dedit, eiq; Ducatum Noricum concessit. Quæ res maximæ discordiæ seminariū fuit. Gvelfo enim, vt dictū est, eundè Ducatū impetens, ex templo armata manu sub oculis eiusdè Heintici partes illas ingreditur, cunctisq; circumquaq; vastatis regreditur. Ob hocq; Henric⁹ ille inflamatus, coadunato milite fines illorū, qui Gvelfonis fautores erant, ingressus, munitiones illorum & villas destruxit. Qui dum Gvelfe restaurato milite occurrere parat, audito, quod Rex superuenturus est, cessit. Porro Henricus ille similiter cum Rege castrum Cathouue scilicet Comitis Cunradi, quod ex parte Gvelfonis erat, obsidione clausit, vastatisq; in circuitu vniuersis, adiutorio Regis

fort. Caloune,
de quo supra.

Regis ad deditiōem coëgit, ac igne succendit. Sic tota
 la prouincia in maximo bellorum discrimine laborauit.
 Igitur Rogerius Rex Siciliae audiens huiusmodi confusio-
 nes in Gvvelsum & Regē, timēs, ne fortē cessante gē-
 ra Conradus Rex quandoque Italiam intraret, ac eadē
 quā à Lothario ab eo quoque perpeffus esset, Gvvelsum
 aduersus eundem muneribus illectum incitat, singulis
 annis mille marcas se ad hoc daturum iuramento com-
 mat. Item quoque Rex Vngariae, eundem Conradum
 tuens, Gvvelsum ad se accersit, dataq; pecunia non mo-
 ac deinceps omni anno dandam pollicens ad rebellandum
 nihilominus instigat. Gvvelsum itaque strenui militis
 cium exercens modo in Bauaria, modo in transalpinis
 tibus Sueviae, modo circa Rhenum, modo tot tempore
 tes bellorum mouit, vt Regem potius ad defensionem
 quam ad externarum nationum inuasionem excitaret.

Circa has tempestates gens Francorum cum Rege
 Ludeuico, gens quoque Teutonicorum cum Rege
 Conrado aliisque Principibus, Friderico Duce Sueviae
 postea Imperatore, Episcopis, Comitibus, seu aliis cuius-
 cunque conditionis hominibus, pro querimonia transi-
 rinae Ecclesiae Hierosolymitanum iter aggrediuntur. Quos
 & Gvvelsum Ducem, licet nondum sedata gverra
 compulit.

Egressi itaque anno Dominicæ Incarnationis M.
 XLVII. per Vngariam & Græciam innumerabilem
 citum ducunt: Qui totus pænè, exceptis Principibus
 aliis plus cautis, vel inedia vel aëris intemperantia, vel
 borum insolentia, vel Sarracenorum inuasionem, in festo
 gocio, interierunt. In hoc ergo laborioso itinere Conradus

Rex commilitoni suo Gvelfoni, sic enim cum nomine solebat, sapissimè in necessitate subueniebat. Ac de omnibus, quæ à * Regio isto in Constantinopolitani Imperatoris sibi offerebantur, partē illi tradebat. Deniq; Hierosolymā venientes, cum alii procinctum sub Rege Conrado contra Damascum mouerent, Gvelf in infirmitate captus ac in desperatione positus ad reuersionem se parat.

Transito igitur mari conualescens Siciliam attingit. Ibi Rogerius eum cum magno domus suæ tripudio suscipiens, ac honorificè dimittens iterum ad rebellandum Regi maximis muneribus illectum incitat. Igitur reuersus in proxima hyeme circa Purificationem Sanctæ Mariæ collecto milite fines Regis inuadit, ac castrum eius Flochperch forti impugnatione sollicitans, dum in reuersione militem nimis incautè duceret, à militibus Regis circumuentus, ac aggressionibus initis, cum paucis aliis circumquaque diffusis, plus ex infortunio, quàm ex instantia belli, nostri fugam arripiunt, plurimisque captis nullo occiso ignominiosè reuertuntur. Ac sic gvverra diu anxie inter ipsum & Regē agitata, finita est.

Nam Fridericus, fratruelis Regis, sororius eiusdem Gvelfonis, medium se ad compositionem faciendam interposuit, captiuosq; Duci reddi ac Regem de cætero securum penesillum esse, prouida deliberatione confirmauit. Rex ergo accepto consilio Gvelfoni aliquos redditus de fisco Regni cum villa Mardingem concessit ac sic confirmata pace ipse in breui post vita decedens Friderico fratrueli suo sedem Regni reliquit. Qui auunculo suo Gvelfoni Marchiam Tusciæ; Ducatum Spoleti, Principatum Sardinia; Domum Comitissæ Machtildis in beneficio tradidit. Reditus tamen illos ad fiscum pertinentes, quorum iam mentionem habuimus, nihilominus recepit. Igitur dignitatibus

Cc

præ-

REGNUM
SII
SIV
24

pre-nominatis susceptis Italiam intrat, ac ciuitates, castella
seu villas per totā Domū Machtildis pertransiens, negotia
terre ciuilitate pertractat. Ibi legati de omnib. ciuitatib. & de
scie, nec nō & ex omnib. ciuitatib. Spoleti ad eū venientes
munera cōdigna offerētes subiectionē volūtariā promittunt.
Cum quib. nuncios suos ad omnes ciuitates dirigēs, ac
breui illo venturū promittēs, suis rite dispositis, reuertitur.

Cremonesi.

Post cum Imperatore collecta multitudine terrā ingre-
ditur, ac in obsidione Cremensi vsq; ad destructionē ciuitatis
castri inmoratur. Deinde totā militiā suā in Tusciam ma-
ximū conuentum apud sanctum Genesum habuit.
Baronib. terre illius v. i. comitatus cū tot vexillis de dit-
terisq; nihilominus de ciuitatib. seu castellis ad se conuen-
tibus, vnicuiq; quod suū erat tribuit; Simul & ipse sua, que
gule ciuitates ad se iniuste contraxerāt, recepit. De ni-
uentu dissoluto Pisam in S. Sabbato cum maximo totius
uitatis apparatu ingreditur, ac ibidem Pascha iocundissime
celebrans, egressus inde à Lucensib. nō minori tripudii
scipitur. Sicq; ab omnib. ciuitatib. ad quas declinauerat
nō rificē susceptus atq; habitus negotia terre potenter
tractās, suosq; vbiq; in castellis seu villis ad fiscū pertinētes
relinquens, vsq; Ducatum Spoleti procinctū mouet. Ita
militer omnib. benē dispositis, filio suo Gvvelfoni terrā
ac totā Italiā ad se spectantē cōmisit, ac de suis strenuissimis
quosq; secū relinquens p. vallē Tridētina reuertitur. Gv-
velfo igitur iunior terra posit⁹ cōstantia animi, districtione
dicij, largitate & affabilitate inestimabili omnib. se accep-
tibile prēbuit: militib. Imperatoris, qui eo tempore ciuitates
Italię preerant, quotiescunq; fines suos iniusta opprellerant,
inuadere tentauerant, omnimodis se opposuit; & ob
Imperatoris offensam nonnunquam incurrit: populū
autem fauorem eo magis sibi accumulans omnium
tum in se prouocauit affectum.

DE EXECRABILI PVGNA
apud Tubingen.

In terea Hugo Palatinus comes de Tubingen in comitatu;
quem à patre istius possederat, quosdam de ministeriali-
bus eius, iniusto, vt aiunt, iudicio damnatos, patibulo suspē-
dit; ac castrum eorundē Moringen destruxit. Pro quo Dux
Gvvelfo querimonia cum impetens, & pro satisfatione hu-
mili ab eo responsum accipiens, vt erat māsuetissimus, ab-
impetitione, licet querimonia non deponeret, cessauit.
Deinde procedente tempore pater filium de Italia reuo-
cauit, ipseque illo iturus & negotia terre per se tractaturus filio
omne patrimoniu & possessiones, quas ex parte matris ha-
bitur^o erat, ex integro tradidit; Sicque factum est, vt recedēte
patre Gvvelf prestatam querimonia renouaret, & Palatinū
illum pro satisfatione sepius ac sepius impeteret. Ille autē
non tam in suis suorumque virib. quam in Friderici Ducis fi-
lij Conradi Regis confidens, qui & eum ad hoc impellebat,
quasi bonę famę Gvvelfonis inuidens, & honestis actib. eius
derrahens, responsionē contumacem ac minacē pro satis-
fatione obtulit; per quam & animū iuuenis ad rebellandū
incitauit, & toti Alamañie execrabile infortunium & infau-
stā depopulationem machinabatur. Gvvelfo .n. sibi illatam
iniuriam amicis, cognatis, & fidelibus suis exponens, omni-
um animos in adiutorium sibi cum optima voluntate ascii-
uit. Conueniunt ergo collecto milite Episcopi tres Augu-
stensis, Spirensis, V Vormatiensis; Bertholdus Dux de Za-
ringē; Bertoldus Marchio de Voheburch, Herimañus Mar-
chio de Baden; Rudolphus Comes de Pfullindorf, Albert^o
Comes de Habespurch, duo fratres Comites de Calevve,
duo de Berge, Goteфрид^o cū Rudolfo fratre de Romesperch,
Hartmannus de Kilichbergh, Henricus de Feringen
Cc 2. Comites;

MCCLXV
SJJ
m, m,
SIV
24

Comites; Conradus Aduocatus Constantiensis cum
 teris terræ nostræ Maioribus, quinq; milibus & ducentis
 maiorum & eo amplius. & castra non longe à Conigen
 vesperam sabbati v. idus septembris ponentes, domo
 cum diem in quiete & ocio deducere statuerunt. In ad
 sa autem parte Fridericus Dux cum omnibus, quos armis
 vel terrore excitare poterat, Zolrenses omnes cum magno
 apparatu ac alij quam plures erant, & militem suum con
 natum secum in castro locauerant, totaq; illa nocte ali
 rationi incumbabant, alij de satisfactione, & compositione
 anxie tractabant. Sed Domino, qui omnium nouit cogitationes
 cuius & iudicia abyssus multa, aliter ordinante seu per
 tonte terminatum est. Quidam enim de nostris, minus
 uidè ac parum præmeditantes euentum rei, cæteris
 rantibus, ac diem ocio deducere volentibus, castris
 horam vi. prorumpunt, & cum quibusdam de hostibus
 simili temeritate à suis prodierant, prope castrum sub
 lis inimicorum congregiuntur. Fit igitur clamor in castris
 nostri profiliunt, arma arripiunt, quiq; alios in quo poterant
 præuenire satagunt. Sicq; fit vt alijs præcurrentibus, &
 subsequentibus, plurimi confusim, & sine acie ad locum
 gressionis suis auxilium perueniunt.

Interim & hostes de Castello non minus properant
 locum sibi tutiorem eligunt, & nostris aditum difficillimum
 super ripam fluminis in modum vallis præsignant. Magna
 multitudo nostrorum acie coadunata Heinrico Comite
 de Veringen aduolat, sed præ difficultate aditus per
 ad locum cōgressionis transferant. Fortissime tamen
 qui congressi sunt, per spacium duarum horarum pugna
 est, licet nullus vtriusq; partis excepto vno corruisset.
 enim armis omnes muniti erant, vt multò facilius capi
 occidi potuissent. Itaq; illis, vt dictum est, conflictum ha

reibus, cæteri fugam arripiunt, hostibusq; immeritam victo-
riam dantes, sibi ac posteris perpetuum opprobrium accu-
mulant. Hostes igitur cognita fuga primo illos, qui cōgressi
erant, paucis emeris captiuantes ad castrū remittunt: De-
inde alios insequentes velut oues de pascuis ad caulas pro-
pellentes, vt totam summam comprehendam, D. C C C C.
captiuos cum maxima præda abducunt. Reliqui præsidio
sylvarum ac montium seu vicinorum castellorum effugiūt.
Gvvelfo ad castrum Achalmen tribus tantum comitatus
peruenit.

Eodem tempore Gvvelfo pater de Italia reuersus, au-
dito quod acciderat, pro redimendis captiuis agebat. Hugo
igitur inuito consilio captiuos reddidit, & facta composi-
tione, terra eius ab omni vastatione per annum quieuit. Trans-
acto anno pax inter eos rumpitur, terra omnis circumqua-
que depopulatur, castra eius duo, Chelminzē scilicet & In-
uallare destruantur; in quibus de suis X L. captiuantur. Ille
itaq; fractus animo propugnatorem suum Fridericum Du-
cem de auxilio interpellans ad Ducem Boëmiæ auxiliij gra-
tia ire compulit. Qui collecta multitudine Boëmos gentem
horribilem ac Deo hominibusq; odibilem in fines nostros
adduxit, rotamque Germaniam à lacu Lemanno vsque Bo-
ëmiam execrabilibus spurcitijs illorum & turpissimis de-
prædationibus ac incendijs inter Epiphaniam & Purifica-
tionem sanctæ Mariæ commaculauit; anno videlicet ab In-
carnatione Dom. M. CLXVI. Humiliata est & illico eius-
dem Palatini contumacia. In feria enim IIII. capitis ieiunii
sub generali curia Vlmæ habita, in præsentia Ducis Hein-
rici Domini nostri sub oculis quoque ipsius Imperatoris ac
Friderici Ducis, idē Hugo Gvvelfoni iuniori ad deditiōnē
venit, ac se pedibus eius prosternens custodiæ mancipari,
& vinctum abduci non respuit; & sic in captiuitate vsque ad

Cc 3

obitum

REGAN
SII
my my
SIV
24

obitum ipsius Gvvelfonis per annum scilicet & dimidium
netur. In subsequenti verò Hyeme circa Epiphaniam
Gvvelfo senior Hierosolymitanum iter aggreditur, & in
Italia Imperatorem reperiens, ac filium suum cum omnibus
ad se spectantibus gratiæ eius commendans, Pascha factum
apud Sepulchrum Domini celebrauit. Interea Imperator
Gvvelfum iuniorem multis illectum promissionibus
in Italiã reuocat. Qui collecto milite sub Paschali tempore
Pireneum per iugũ, * VII. montes, qui Rhenus & Oceanus
fluuium oriuntur, transcendens Papiam vsq; peruenit. Vnde
legatos Imperatoris inueniens & stipediũ ab eis promissa
recipiens, in Tusciam, negocia terræ ubiq; tractans, transiit
uit: & sic ad Imperatorem circa medium Iulium non longe
à Roma peruenit. Eodem quoq; tempore pater eius Hierosolymis
ueniens, reuersus Romæ ei occurrit, ac visis Imperatoris
detestabilibus piaculis, ipsum & omnem exercitum
detestans, ad propria per vallem Tridentinam reuertitur.
Imperator enim tanta eo tempore in destructione Ecclesiarum,
in strage populorũ, siue alijs abominationibus Romæ exercuit,
vt vindictam Dei iusto iudicio sequi oporteret. Maxima. n. pars
exercitus interijt: Episcopi Colonia, Spiræ, Ratisbonensis, Bragen-
sis, V Veronensis, Leodiensis; ac cæteri principes, Fridericus scilicet
Dux filius Conradi Regis, Gvvelfo Dux filius Gvvelfo Ducis,
Benrengarius Comes de Sultzbach, Henricus Comes de Cuningen,
cum pluribus Regni huius Maioribus occubuerunt. Quorum
omnium penè ossa carnibus excœctione consumptis, ad propria
reducta sunt. Transtara sunt autem & ossa Gvvelfonis nostri,
& in monasterio Staingadem à patre suo fundato reposita sunt.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo primo

Hodie: Pren-
ner.
Leg. septem
montes, quibus
Rhenus & Oe-
anus fluuij oriū-
ntur.

primo, Gvelfo Dux senior iter Hierosolymitanum aggressus est. Tertio Calendas Aprilis.

Anno Dominicæ Incarnationis M. CIX. IV. Idus Ianuarij prælium iuxta Idungensheim inter duos Comites Rudolphum videlicet Comitem Bregantinum, & Hartimannum Comitem de Kilichberg commissum; Cæsis ex utraq; parte plurimis, cruenta tandem Victoria Hartimanno cessit. Cecidit in eo conflictu V Valtherus Comes, & alii complures.

Anno Dominicæ Incarnationis M. CXI. Expeditio Romam facta est per Heinricum V. in qua Paschalis Papa captivatur.

Anno M. CXXIII. translatio sancti Cûnradi facta est. vi. Cal. Decembris.

Anno M. CXXIII. Heinricus Dux iunior, qui postea in Saxonia humatus est, arma accepit.

Anno M. CXXIV. inceptum est Monasterium sancti Martini VVingartin.

Anno M. CXXVII. Heinricus Dux senior cum coniuge sua VVulfildi, quæ xvi. tantum dies superuixit, obiit.

Anno M. CXXXV. Heinricus Dux filius Heinrici, postea Bavariz & Saxoniz Dux, in Pentecoste baptizatus est. Quo & in anno pater eius in secunda expeditione Lotharii Imperatoris soceri sui per Italiam in Apuliam mille ducentas loricas duxit.

Anno M. CXXXIX. Heinricus Dux qui in Saxonia humatus est, obiit.

Anno M. CXL. VVelfo Dux Leopaldum Ducem Bavariz in Idibus Augusti pugna iuxta castrum Valeium aggressus vicit; ipse verò eodem anno in festo sancti Thomæ à Rege Cunnrado apud V Vinisperch deuictus est.

Anno

REGAN
S 33
Ving. im.
S 1 V
24

Anno M. C XLVII. Iter illud Hierosolymitanum
Conrado Rege nostro & Ludovvico Rege Francorum
ctum est.

Anno M. CL. VVelfo apud Flochperg cum principibus
& militibus Regis. Conradi confictum habens
ctus est.

Anno M. CLII. Fridericus regni gubernacula
pit.

Anno M. CLIII. diuortium factum est Constantiam
inter Fridericum & Adilam filiam Diopoldi Marchionis

Anno M. CLIV. Fridericus expeditionem Romanam
aggressus est, in qua Imperiali benedictione ab Adriano
pa sublimatur. In festo sancti Michaëlis recedens, & postea
num in eodem tempore reuertens.

Anno M. CLVII. Regni verò Friderici VI. magna
& frigus insolitum circa Passionem Domini in horum
quod mortalitas hominum ad tempus, & exustio maris
per totam æstatem subsequuta est. Porro in ipsa die Kalen-
darii Iulii tanta seueritas grandinis, tantaque concussio
torum inualuit, vt segetes circumquaque consumeret, &
bustiores arbores radicitus euelleret. In Altendorfen frons
que cœnobio campanas omnes vsque ad duas de minoribus
bus confringeret, ædificia etiam castrorum que munitiones
humo prosterneret.

Anno M. CLVIII. Fridericus Imperator secundam
peditionem in Italiam imprudenter mouit, propter rebelles
Mediolanenses. Sed quia ex leui eos itinere vincere non
quiuerat, Principes qui relictis fuerant, sequenti anno suble-
quantur; Henricus videlicet Dux Bauariorum & Saxoniae
circa Pentecosten, in mille ducentis loriceis. VVelfo vero
circa festum sancti Michaëlis in trecentis loriceis. Teutonicorum,
anno videlicet M. CLIX.

f. Kalendarum.

Seque

Sequenti anno, id est, M. C. LX. Dux Heinricus rediit ab expeditione.

Anno M. C. LXII. in festo Sancti Clementis diffidium factum est inter Heinricum Ducem & Vxorem suam Clementiam filiam Conradi Ducis Constantiæ. *al. anno 1167.*

Anno M. C. LXVI. deuastatio Boërniorum sub Ducatu Friderici Ducis filij Conradi Regis in partibus istis facta est. *al. anno 1167.*

Anno M. C. LXVII. Gvelfo secundo Hierosolymitanum iter persoluit: filiusque eius Gvelfo eodem anno defunctus est.

Anno M. C. LXXII. Heinricus Dux Bauariorum & Saxonum Hierosolymitanum iter aggressus est circa Purificationem sanctæ Mariæ.

Anno M. C. LXXIV. Fridericus Imperator expeditionem tertio in Italiam mouit, circa festum sancti Matthæi: & in sequentis Paschæ vigilia conflictum cum Italicis habuit apud Alexandriam.

Anno M. C. LXXVI. in diebus Rogationum feriam quarta fuga miserabilis, & deuastatio in partibus istis facta est, Episcopo Coloniensi, & Comite Flandriæ cum aliis quam pluribus hinc transeuntibus, ab Imperatore in Italiam auocatis.

Anno M. C. LXXVII. Vnio Ecclesiæ sub Alexandro Papa reddita est.

Anno M. C. LXXX. infra festum sancti Galli & sancti Martini Fridericus Imperator habita curia Herphurt Ducem Saxonum & Bauariorum duobus annis bellis attritum exilij proscriptioe damnauit.

Anno M. C. LXXXII. Indictione prima & *Idus Nouembris dedicatum est monasterium nouum sancti Martini V Vingarten à venerabili Bernio Cōstantiensi Episcopo. ** f. ad Idm.*

Dd

Anno

MCCLXXII
SII
my
SIV
24

Leg. Anno M.
C. LXXXIV.
vbi constat ex
Godefr. mona-
cho, Chron. Au-
gust.
* f. scilicet.

Suspectus nu-
merus propter
anteriores, &
ea, quæ Chron.
sequens habet
sub an. 1191.

Anno M. CLXXX. vero filij Imperatoris Friderici
* S. Henricus Rex, & Fridericus Dux Sueuorum in
tecostes Moguntia arma sumpserunt.

Eodem anno in Augusto Imperator sine armis Italia
ingressus est, & à Veronenfibus cum maximo honore
sceptus.

Sequenti dehinc anno Henricus Dux Saxonum
festum sancti Michaëlis de Anglia reuersus est.

Anno M. CLXXXI. VVelfo Dux illustrissimus
VVingartensi cœnobio duas Curias hæreditario à se
possellas contradidit, Berge videlicet & VVillare cum
mnibus appendentiis suis, & omni vtilitatis prouentu,
exinde prouenerit, pratis & nemoribus, pascuis, molendinis,
aquis, aquarum decursibus; & insuper beneficia, quibus
vasalli sui inbeneficiati erant, ea conditione dedit, ut
iisdem beneficiis dum viuunt, vtantur, successores vero
eorum, nisi secundum velle Abbatis & fratrum de his
hæreditabunt. Acta sunt hæc * Idus Augusti, regnante

Friderico Imperatore serenissimo, in villa Ma-
migen testibus quam pluribus a-
stantibus.

F I N I S.

